



Nat. 7

MICHAEL KRISER
1655







ΑΝΘΡΩΠΟΛΟΓΙΑΣ
SACRÆ
DECAS TERTIA
AD
STATUM REPARATIONIS
PERTINENS

De
LIBERO ARBITRARIO ET IUSTIFICATIONE PECCATORIS CORAM DEO,

In qua inter cetera nonnihil fusiùs explicatur controversia Photiniana de Merito Christi.

Conscripta

PER
BALTHASAREM MEISNERUM
S. S. Th. D. & in Acad. Witteb. Profess. Pub.
EDITIO ALTERA.

Cum Gratia &
Saxon.

1 6

Witteberga, Typis



Privilegio Elect.
speciali.

1 8.

Gormannianis.

A N O R P O A O L I A S
S A C R A
D E O N T E R T V A

STAFUM REPARATIONIS
P E R T I N E N S

L I B E R O A R B I

T R I O E T I M S T I F I C A

T H O N E P E C C A T O R I S C O

M D O

In hoc tractatu...
opus theologicum de merito gratiae

Gratiae

D I A G N O S A R A M M E R S U R T I A

S. S. T. D. & in Acad. Würzburg. Theol. Prof.

EDITIO ALTERA

Privilegium
speciale



Com. G. G. &
S. S. T. D.

W. J. G. G. Typis

Commanaria



Illustrissimo Comiti, ac Domino, Domino

CIO THURZO DE BETH-
LEMFALVVA, PALATINO REGNI HUN-
GARIÆ, ET JUDICI CUMANORUM, NEC NON
de Arwa perpetuo, ejusdemq; Comitatus Arvensis Supremo
ac perpetuo Comiti, S. Cæsareæ Regiæq; Majestatis Consiliario
intimo, & per Hungariam Locum tenenti, Domino
mihi clementissimo.

ILLVSTRISIME COMES AC PALATINE,

Domine clementissime.



Erissimè scripsit *Augustinus* lib. de
peccato originis c. 24. *In causa duorum*
hominum, quorum per unum venundat
ti sumus sub peccato, per alterum redi-
mimur à peccatis, fides nostra proprie
consistit. Desumpta est hæc sententia
ex aphorismo Apostolico *Rom. 5. v. 19.*
qui universæ fidei Christianæ quasi
compendium quoddam est, & sic habet: *Sicut per inobe-*
dientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita
& per unius obedientiam justici constituuntur multi. Per quæ
verò peccatores constituimur, *Adamus* est; per quem
justi efficimur, *Christus* est. Ab illo haurimus morbum,
ab hoc accipimus morbi remedium. Per *illum* infecta
est Natura: per *hunc* reparata est gratia. Utrumq;
scitu necessarium & probè considerandum est, tum
illud Naturæ vitium, tum istud Gratiaæ beneficium.
Nam utrobique mens humana variis erroribus circum-
septa, sibi ipsi impedimentum fit salutaris ad DEUM
conversionis. Fuerunt & sunt, qui Naturæ vitium
extenuant, atq; ita beneficium Gratiaæ non agno-
scunt. Patroni enim naturæ, fiunt inimici gratiaæ.
Quo pacto *tum* liberum arbitrium, quod tamen in spi-
ritualibus servum, asseritur: *tum* justitia operum, quæ

imperfecta & insufficiens, stabilitur. Ita nempe fit, ut si corruptio per primum Adamum inuenta, ^{veg. x} vel elevetur: protinus vera justitia, per Christum, Adamum alterum acquisita, impugnetur. Quantum enim arbitrij viribus ascribitur, tantum Christi merito detrahitur. Agnoscamus ergo corruptionem Naturæ, ut rectè æstimemus magnitudinem Gratiæ. Nullæ sunt vires nostræ in spiritualibus, vel ipsâ teste conscientia: Solus Deus est, qui operatur in nobis, ut bonum velimus, & quod volumus, facere valeamus. Nulla ergo sunt merita nostra: Nemo perfectè legem observat, sed pro remissione peccatorum omnis sanctus Deum invocat. Quare ex operibus non justificamur, sed ex gratia. Justif sumus, non per infusionem novarum qualitatum; sed per imputationem obedientiæ Christi. Hic tulit languores nostros, & ipsius livori sanati sumus unicè.

Quæ omnia in tanta luce sunt posita, ut qui Scripturam audit legitque, nullam dubitandi causam habere possit. Et tamen in media Ecclesia reperiuntur, qui errores circa utrumq; articulum gravissimos pertinaciter fovent, & acriter defendunt. Nuncupari volunt *Catholici*, & interim Catholicam fidem oppugnant. Videri volunt *janitores* cœli, & nihilominus veram eò perveniendi viam vel ignorant ipsi, vel monstratam nolunt agnoscere. *Romanenses* intelligo, & illorum præcipuè ^{veg. x} *Jesuvvitas*. Qui licet turgeant opinione scientiæ & veritatis, fallunt tamen & falluntur miserè. Non Apostolis, sed Pharisæis succedunt, quia vires naturæ exaggerant, & justitiam operum nullibi non inculcant. Patet hoc ex sectæ illius primipilo, quondam apud ipsos Patre, nunc Cardinale *Bellarmino*: Qui sanè in ultimo controversarum tomo ad id unicè videtur
colli-

collimâsse, ut per peccati extenuationem & liberi arbitrij assertionem, justitiam inhærentem & Philosophicam, è lacunis scholasticis haustam, populo Christiano persuaderet, atq; sic antiquam conscientiarum carnificinam rursus inveheret. Pro quo instituto obtinendo varia hinc inde corrasit argumenta, quæ primùm apparent speciosa, sed leviter tacta, in cineres abeunt & favillas.

Cùm ergò absolutâ controversiâ de peccato, gratiâ & prædestinatione, sequerentur quoad ordinem Bellarmini, cujus filium sequi erat propositum, gravissimi duo articuli, de *Libero arbitrio*, & de *Justificatione coram Deo*; accuratam illorum *σκέψιν* suscipere, thesibusque comprehensam ad disputandum studiosæ juventuti proponere volui, ut veritatem fidei maturè imbiberent, & errorum præcipitia cavere discerent.

Erat quidem mihi constitutum, cùm Decadem secundam finire, impofterum amovere manum de cœpta tabula, & ordinarijs meæ professionis laboribus unice incumbere; Voluerunt tamen Patroni mei summi, quibus obtemperare, & Amici, quibus gratificari debeo; ut telam semel inchoatam pertexerem, & Collegium istud Anthropologicum continuarem. Feci ergò, quod facere jussus sum, decemq; disputationibus inclusi, quæ de arbitrio in moralibus libero, in spiritualibus servo, & de vera justificandi ratione dicenda habui.

Quæ tractatio ut completa esset, non tantùm controversias Papisticas spectavi, sed nonnulla insuper nocentissimæ sectæ *Photinianorum* opposui. Equidem optavi sæpius, ut silentio ista liceret magis involvere, quàm prolixius exponere. Annon enim auditu horrendum, annon multis lachrymis deplorandum, rem eò

devenisse in Ecclesia, in tanto veritatis lumine, ut Christi Redemptoris nostri unici sanctissimum meritum, illud nempe meritum, quo pro peccatis totius mundi satisfactum, illud meritum cujus fiducia multa Christianorum millia obdormiverunt, ut illud inquam meritum, non minuatur tantum, sed prorsus impugnetur, & plus quam gigantea & audacia penitus negetur? Quoties exclamaret Polycarpus, si hoc seculum attigisset: *O Deus, in qua tempora nos reservasti!* Sed deplorari hæc debent, mutari non possunt. Quare obviandum est Sarnæ, Patri mendaciorum, ne incauti decipiantur & pro solidis firmisq; habeantur, quæ robore destituta & solutione sunt facilia.

Quæ autem in statu reparationis restat controversia, de *discrimine legis & Evangelij, deq; bonis operibus*, illam, cum peculiarem Decadem vix constituere possit, vel disputatione publicâ, vel aliâ ratione proponam, ut ita dissertationes Anthropologicæ hinc concludantur, & finem suum sortiantur.

Hanc verò Decadem tertiam ultimamq; *Illustrissime Comes ac Palatine, Domine Clementissime*, Celsitudini Vestræ inscriptam humilimèq; dicatâ offero. Causas prolixè non adducam, ne de Vestra Clementiâ quicquam dubitare videar. Nota est orbi Christiano, & cum primis regno Hungariæ singularis Vestræ Celsitud. Zelus in vera pietate erga Deum ac puritate religionis *universæ* Catholicæ afferenda & propaganda. Quis igitur tanto Heroi, fideiq; defensori, proutus nõ offerret, quod pro fide orthodoxâ scriptum est? Arcam V. T. in intimo templi atrio repositâ, alis suis tegebant sancti Cherrubim. Arca Christi est Ecclesia, quâ protegunt pij Principes, veluti cœlestes Cherubim. Hoc Celsitudinem Vestram jam dudum fecisse,

se, & etiamnum facere, humiliter agnoscit pusillus grex Domini. Verè *Cherubes Ecclesie Hungarica*, positus in sancto monte, & protegens quassatam arculam. Quis non tanto Ecclesie Nutritio precaretur optima, & perennem voveret felicitatem?

Accedit summa in isto honoris fastigio clementia, quam Celsitudo Vestra crebris literis testatam fecit, & cujus Icona quotidie mihi cernere licet, in *Per illustri & Magnifico Comite, Domino EMERICO THURZO de Bethlemffalva, Comite de Arva, ejusq; Comitatus perpetuo Comite, Celsitudinis vestrae filio unico, Academia hujus Rectore admodum Magnifico, Domino meo Clementi & perbenigno*. In illo, veluti Clarissimo speculo, paternæ virtutis & heroici animi vivam Ideam conspicio, ut de Parentis Illustrissimi Clementia nequeam dubitare, cum eam in Filio Illustri tam luculeuter expressam videam. Gratulatur sibi non immeritò hæc Academia de Hospite, imò potius de Capite tam Illustri & Magnifico, in cujus pectore ad quævis alta nato & erecto, tum Religionis Zelus, tum sinceræ pietatis, aliæq; virtutes heroicæ jamdudum sedem sibi stabilem elegerunt. *Vivat, opto, vivat hoc Patris Illustrissimum, Parens & Filius, in laborantis Ecclesie commodum, in pressa veritatis patrocinium, & totius Regni Hungarici incrementum longè maximum*. Ita precor voveoq; sæpius, quem ipsum affectum in humilitatis meæ & gratitudinis debitæ signum, hac publica *πρὸς Φωνήσ* exprimere volui, rogans humilimè, ut Illustrissima Celsitudo vestra opusculum hoc exile, Clementissimè suscipere, & me, licet immerentem, solitâ clementiâ porro prosequi non dedignetur. DEUS, qui sanctos Cherubim, Ecclesie suæ defensores defendit, Illustrissimam Celsitudinem Vestram, cum
Magni.

Magnifica Familia universa, diutissimè florentem con-
servet, *ut confundantur & erubescant simul, qui gaudent*
malis: exultent verò & latentur, qui querunt justitiam, &
dicant semper: Magnificetur D O M I N U S, qui servos suos
benedicit. Fiat in nomine JESU CHRISTI, Prote-
ctoris Optimi Maximi que; Fiat, Fiat! Dabam VVitte-
bergæ, *Dominicâ Clementai, Regia quæ est XXII. post Tri-*
nitatis, Anno Incarnacionis M. DC. XV.

Illustrissimam Celsitudinem
Vestram

humilimè colens

Balthasar Meisnerus

Th. D. & Prof. P.

INDEX



I N D E X

DISPUTATIONUM

ET QUÆSTIONUM.

DISPUTATIO XXI.

DE LIBERI ARBITRII

NATURA ET DE VIRIBUS EJUS-
dem circa civiles actiones.

Quæst. I. Quid per voces liberi arbitrii notetur?

Quæst. II. An Lutherus arbitrium rectè appellaverit servum?

Quæst. III. An liberum & servum rectè opponantur?

Quæst. IV. Quæ libertatis distinctiones vulgò occurrant?

Quæst. V. Quid sit liberum arbitrium?

Quæst. VI. An intellectus radicaliter sit liber?

Quæst. VII. An voluntas in usu suæ libertatis dependeat ab intellectu practico, & ab eo in alteram partem per ultimum judicium determinetur?

Quæst. VIII. Qualis requiratur libertas, ut aliquid appelletur liberum?

Quæst. IX. Quodnam libertatis subiectum sit?

Quæst. X. Quodnam sit objectum libertatis?

Quæst. XI. An homo sit liber, & quas arbitrii vires habeat?

Quæst. XII. Qualis detur libertas circa civiles & morales actiones?

Quæst. XIII. Quæ sint impedimenta libertatis?

Quæst. XIV. Quid de operibus bonis gentiliam sentiendum sit?

DISPUTATIO XXII.
DE ARBITRII SERVITUTE CIRCA CON-
versionem Hominis, aliosque actus Spirituales.

- Questio I. Quæ Pontificiorum de viribus arbitrii sit opinio?*
Quest. II. Nam Pelagianis rectè annumerentur Pontificij?
Quest. III. Quæ nostra de hominis non renati arbitrio sit sententia?
Quest. IV. Quis præcipuus & verus controversiæ status?
Quest. V. Quibus argumentis vera sententia propugnari queat?
Subst. VI. Quis sit usus doctrinæ de servitute arbitrii?

DISPUTATIO XXIII.
De Argumentis Papisticis, quæ pro Libero arbitrio
afferri consueverunt.

- Quest. I. Quid ad Bellarmini objectiones responderi possit ac debeat?*
Quest. II. Quid de Lutheri libro, cui titulus, de Servo arbitrio, statuendum sit?

DISPUTATIO XXIV.
De vocabulis in Articulo Justificationis occurrentibus, & de illius causa efficiente, impellente & meritoria.

- Quest. I. Justitia vocabulum quid notet?*
Quest. II. Quotmodis vocabulum justi accipiatur?
Quest. III. Quid propriè verbum justificare significet?
Quest. IV. Quid Scriptura per vocem Gratia intelligat?
Quest. V. Particula GRATIS quomodo accipiatur?
Quest. VI. Fides quid significet?

Quest.

Quest. VII. Quas significationes habeat imputatio?

Quest. LIX. Quanam justificationis nostrae sit causa efficiens?

Quest. IX. Quanam causa impellens?

Quest. X. Quanam sint precipui errores Pontificiorum circa meritum Christi?

Quest. XI. Num ad rationem meritum unum concurrat obedientia Christi activa?

DISPUTATIO XXV.

De merito & satisfactione Christi Photinianis
opposita.

Questio I. Quà occasione & quibus ex causis error iste Photinianorum in Ecclesiis interpolari coeperit?

Quest. II. Quae sit Photinianorum sententia de Christi merito, & quàm horrenda corruptela in omnibus fere articulis hanc unam falsitatem consequantur?

Quest. III. Quibus precipue dictis & testimoniis Scripturae, Satisfactio Christi pro peccatis nostris stabiliri queat?

DISPUTATIO XXVI.

Quibus Argumentis Photiniani meritum
Christi oppugnent?

DISPUTATIO XXVII.

De causa Formali Justificationis nostrae,
Pontificijs opposita.

Quest. 1. Quomodo nostra, tum Pontificiorum de causa formali operum? unde verus emergit status controversiae.

b 2

Quest.

Quest. II. Quibus præcipuè argumentis orthodoxa sententia de imputativa justitia confirmari queat?

DISPUTATIO XXIIX.

Quibus Argumentis Pontificij, contra justitiam imputativam, pro inhærente pugnare consueverint.

DISPUTATIO XXIX.

De certitudine justificationis vel remissionis peccatorum.

Quest. I. Quis inter nos & Pontificios de certitudine gratiæ verus sit controversiæ status?

Quest. II. Quibus præcipuè argumentis dubitationem impugnare, certitudinem probare valeamus?

DISPUTATIO XXX.

Quibus Argumentis Bellarminus certitudinem gratiæ impugnare tentaverit.

F I N I S.



Fig 2909

(1/3)

ULB Halle 3
 002 387 158





Sb. 206

3 1/2

VO 17

Ant. C.







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

am4

Ο Α Ο Γ Ι Α Σ
C R Æ,
TIO XXII.
AD
PARATIONIS
INENS,
De
II SERVI
RCA CON-
nominis alios-
s spirituales,
Academia ad disputandum
collegio proposita
P R Æ S I D I O
NERI, S.S.Th.D.
of. Publ.
N D E N T E,
LUCIO Dresdensi.
ti, ab hora 2. pomerid.
EBERGÆ,
NIANIS, Anno 1615.

